



Bulla Foundationis Academiae Rostochiensis

[Rostock]: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742694801>

Druck Freier  Zugang





V. l. - 157 (7.)
U. 157 (7.)

9. [Wurfbücher für d. Leipziger Stadtmagistrat. 1835]
10. [Regulatio d. zur Armen-Verwaltung zu bestimmten Beiträgen. 1835]
- 10^b. [Armen-Verwaltung. Beilage d. Rost. Jahrb. 1835.]
11. Statuten des Vereins zur Verbesserung d. N. R. 1836.
12. zur Jahresbericht d. Waisen-Verein. 1838.
13. [Verordnung ing. d. Waisen u. Karthausen. 1836.]
14. f. f. R. Verordnung der Executionen betreff. Rost. 1836.
15. Rostocker Liv. Livl. Ordnung. 1836.
16. [zur Brandversicherungsordnung. 1837]
17. [Wen die nach dem Ansatz an d. groß. Criminal-Collegium der Nach erbleibenden Waisen. 1837]
18. Allerhöchste bestätigte Statuten der Genossenschaft von Rost. 1836
19. 20. 1. 2. Jahresbericht d. Gen. Verein 1836. 37.
- 20^b. Verz. d. Witzl. d. Gen. Ver. 1837.
- 21^a. 22. 3. 4. zur Jahresber. d. Gen. Ver. 1838. 39.
- 21^b. Verz. d. Witzl. d. Gen. Ver. 1838.
23. Statuten der Union zu Rost. 1837.
24. Convictorien-Ordnung für d. groß. Magl. Universitat. Rost. 1837.
25. Regulativ-Ordnung für d. Landes-Universität. Rost. 1837.
26. Rev. David d. insp. voj. Samen-Zoll. Rost. 1838.
27. Disciplinar-Statuten f. d. Verordnungen auf d. Landes-Universität. Amtl. Abdruck. Rost. 1838.
28. f. f. R. Verordnung betreff. d. Erkenntnis abteilung u. d. Nach mittel in Criminal fachen. Rost. 1839.
29. Statuten f. d. philos.-officielle Universität auf der Universität (1839)
30. Schulgesetz mit Präambel u. Abteilung. 1839.
31. [Verordnung betreff. Lehrer gesetz.] 1839.
32. [Verordnung betreff. Lehrer gesetz.] 1839.

49
1c



קדש

Perseuerantia

BULLA
 FUNDATIO-
 NIS
 ACADEMIÆ
 ROSTOCHIEN-
 SIS.

Decorative flourish

Typis NICOLAI KILL,

Acad. Typographi,

Anno M DC LIII.

Veritas
 Iustitia
 Sufficiens
 Liberalitas
 Temperantia
 Humanitas
 Misericordia
 Obsequentia



Dilectio Dei

Charitas Proximi

*Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*



MARTINUS

Episcopus, servus servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam sapientiae. cujus immarcescibilis inextinguibile eradiat lumen, ac infinitus est thesaurus & quae omnem habens vigorem Sacramentum virtutisq; vapor est altissimi, dispensator & Dux, omniumq; charismatum clarigitor Dominus ad hoc suae miserationis dignatus nobis licet immeritis, sponsae suae Universalis Ecclesiae regimen pia dispensatione commisit, & nostrae debilitatis oculo jugum imponens Apostolicae servitutis, nos ad sacram Petri sedem conscendere voluit, in enarrabilibus investigabiles suas facientis semitas Dei exquisitis judiciis, tanquam de supremo vertice ad mundi infima protoplastique posteros, qui non nativitate depascunt fructus, sed intelligentiae spiritum, eandem, cujus initium verissima est disciplinae concupiscentia, perstringendo sapientiam divinis edu-

2 A

-cantur

cantureloquiis, reflectentes intuitum, quid pro
indisciplinatis errantium curandis mentibus,
pro hujusmodi illustranda Ecclesia ad fidei pro-
pagationem conferat orthodoxæ, quid statui
conveniat, fidelium quorumlibet, prospiciamus
attentius, & qualiter à fidelibus ipsis, profugatis
ignorantiæ tenebris, illi post supereminenti-
ssimam summi opificis notionem, per ejusdem sa-
pientiæ donum in viam mandatorum directi veri
luminis pertingant claritatem solertius inten-
dentes eos ad quærendum ipsius alimenta sapi-
entiæ literarum studia, per quæ divini nominis
& ejusdem fidei cultus protenditur, militans
Ecclesia tam spiritualiter quam temporaliter su-
stentaculo ducitur, & cum animarum salutis in-
centivo succisiveque jurgiorum sentibus, pax &
tranquillitas solidantur ubilibet, omnisque con-
ditionis humanæ dilatatur prosperitas, nostræ
solicitudinis ope Apostolicisque favoribus per-
pensius excitemus.)

Cum itaq; sicuti pro parte dilectorum filio-
rum nobilium Virorum JOANNIS & ALBERTI, Du-
cum Magnopolensium nobis nuper exhibita peti-
tio continebat, ipsi pro hujusmodi disciplinæ sa-
pientiæq; muniendis cultoribus, & eorum ad
illas zelo armaturæ defixo, superstitionatum er-
rorumq; in partibus, proh dolor, illis germinan-
cium

tium consternendis præcipitiis eorundem, ne dum, sed & vicinarum cum felici publicæ rei progressu partium, eliciendis profectus utilitatibusque antidotis.

Crantz lib. II Metrop. cap. 22.

Ad hoc venerabilis fratris nostri HENRICI Episcopi Suerinensis ac dilectorum filiorum Proconsulum, & Consulium Oppidi Rostochiensis Suerinensis Diœcesis, quod temporali eorundem dominio Ducum sub esse dinoscitur, concurrentibus auxilio & consensu in Oppido ipso veluti ad id accommodo plurimum & idoneo, generale studium Apostolicæ sedis auctoritate fieri ordinariq; desiderent, successu optato salubri, ut inibi hujusmodi disciplinæ sapientiæque poris apertis erudiantur simplices, æquitate servata Judicij concresecat ratio & puritatis expansis radiis universorum clarius patecant intellectus: attendentesq; Duces ipsi quod inter cœtera Virtutum opera quæ tamquam acceptum summo rerum auctori sacrificium ei per manus offeruntur humanas, illa divinæ majestati grata plurimum nullatenus ambiguntur, per quæ ad fuscipiendum singulare virtutum Diadema illis, qui scientiarum earundem sitiunt acquirere margaritam, oportunis remediis, & auxiliaribus commodis subventionis præsidium efficaciter impartitur. Duces iidem una cum Proconsuli-

bus & Consulibus præfatis inter alia, quod in eodem oppido, duo cum Cameris, stubellis, reliquisquè necessariis officinis pro Magistris, Doctoribus, & aliis pro tempore legentibus docentibusquè ibidem, Collegia de novo fundari erigiquè & constitui ac dotis ope competentis fulciri.

Quodq; pro condecensibus Magistrorum, Doctorum, aliorum legentium eorundum stipendiis, salariisq; certi & congruentes annui redditus perpetuò deputari & assignari. Omnes insuper & singuli Magistri, Doctores, & Scholares Oppidum ipsum studii causâ pro tempore accedentes vel ab inde postquam studio ibidem institerint hujusmodi secedentes ipsorumq; Nuncij & Servitores per eorundem Ducum dominia, terras atque districtus, sine datij, passagij, gabellæ, thelonei aut alterius exactiois solutione cujuslibet liberum evolutum, securumque transitum & conductum habere debeant. Ac Rector Universitatis studii hujusmodi pro tempore existens, super Omnia Membra Universitatis ejusdem & illorum Servitores tam in Civilibus quàm Criminalibus & aliis quibuslibet causis, negotiis, & excessibus sine impedimentis quibusvis liberè plenarièq; exerceat Jurisdictionem, correctionem & emendationem, etiam ipsis Ducibus

Rectoris in Universitate Jurisdictione

cibus Proconsulibus, & Consulibus in eodem
 Oppido quomodolibet competentes. Quodq;
 in Oppido ipso septimanâ qualibet vice binâ con-
 gruo pro pane & carnibus ac continuis tempori-
 bus pro vino, cerevisia, & aliis victualibus emen-
 dis & vendendis, Magistris, Doctoribus, Legen-
 tibus Scholaribusq; membris & servitoribus exi-
 stat forum eisdem liberum. Singuli autem hujus-
 modi causâ studii pro tempore constituti inibi,
 quæcunq; sua, res & bona secum apportandi, sive
 ibidem vendendi liberam habeant potestatem,
 cæterisque privilegiis, libertatibus, immunitati-
 bus & exemptionibus quibuslibet aliorum gene-
 raliū studiorum, quantum in Ducibus prædi-
 ctis & eorum subditis fuerit, gaudeant & utantur,
 cooperari & efficere promiserint fide creditivâ,
 quemadmodum in ipsorum patentibus desuper
 confectis literis suisquè sigillis munitis plenius
 comperimus explicari. Nos igitur qui relatione //
 fidâ post informationem diligentem super inda- //
 gandis, aptitudine & sufficientia, aliisq; circum- //
 stantiis Oppidi præfati de mandato nostro, rece- //
 ptum Oppidum ipsum aëris videlicet temperie //
 politum, singularum humano necessariorum usui //
 rerum ubertate refertum, & aliàs pro hujusmodi //
 directione studii locum præelectum fore didici- //
 mus; pium meritoriumq; eorundem Ducum de-
 fide-

2

siderium, per quod scientiarum fons ex quo ad
Dei laudem ac gloriam haurire queant singuli vi-
ri succedent consilii maturitate perspicui, virtu-
tum ac dogmatum ornatibus redimiti, discendi
speratur irriguus, paternis contemplantes affe-
ctibus & ad eximiam fidei devotionisq; sinceri-
tatem, qua Duces ipsi erga nos & Romanam Ec-
clesiam splendere noscuntur attente destinantis
considerationis aciem eorum in hac parte sup-
plicationibus inclinati Auctoritate Apostolica
præsentium serie statuimus & etiam ordinamus.
Quod in Oppido ipso de cœtero in facultate qua-
libet præterquã Theologiæ, generale sit studium,
Illudque perpetuis futuris temporibus vigeat &
præservetur, ibidem. Quodque omnes & singuli
Docentes, Legentes, & audientes in ibi libertati-
bus, Immunitatibus & Indulgentiis quibusvis
Doctoribus, Magistris, Legentibus & Scholari-
bus Colonix & in Viennensi ac Liptzensi, Pata-
viensis, & Merseburgensis Diœcesis Oppidis Stu-
dii causa commorantibus per sedem prædictam
& alias qualitercunque concessis gaudeant in o-
mnibus pariter & utantur, Singuli verò qui cur-
su feliciter consummato in ea facultate qua hu-
jusmodi inhæserint studio, bravium obtinere me-
ruerint, sibi que etiam pro aliorum erudimento
docenti licentiam ac Doctoratus sive Magisterii
honorem

Colonius } oppida
Viennens }
Liptzens }
Pataviensis } Diœcesis
Merseburg }

Potestas promovendi.

honorẽ petierint elargiri per ipsorum inibi
 Doctores sive Magistros Episcopo Suerinensi
 quem Cancëllarium studii in Oppido hujus
 modi esse perpetuò volumus, constituimus pa-
 riter & ordinamus, Ecclesiã verò Suerinensi va-
 cante Archidiacono Rostochiensi, in eadem Ec-
 clesia pro tempore existentibus, sive aliis ab ipsis
 pro tempore deputandis præsententur, & ab illis
 si servatis consuetudine & modis super talibus in
 aliis studiis præmissis observari solitis ad hoc ex-
 riterint idonei sufficientesq; reperti licentiam &
 honorem sortiantur ac reportent antedictos. Et
 qui quidem præsentati quamprimum illos adepti
 fuerint, absque ulterioribus de eis habendis exa-
 mine & approbatione in ipsa facultate qua licen-
 tiam & honorem attigerint, eosdem legere, &
 docere poterunt, etiam in aliis generalibus stu-
 diis quibuscunque. Rursus quoque promissio-
 num earundem suadente vigore omnium & sin-
 gularum causarum & negotiorum cognitio atq;
 decisio, Membrorum quoque & Servitorum eo-
 rundem sive Clerici vel Laici fuerint, de levibus
 utpote pro capillatione & offensione cum palma
 vel pugno, citra membri mutilationem etiam
 sanguinis effusione secutã, similibusq; crimini-
 bus & excessibus, correctio & punitio ac Omni-
 moda super illis Jurisdictio ad Rectorem, & non
 ad Duces, Proconsules, vel Consules supra dictos
 B sive

vid. fol. 88.

et sic hñth. Habita. C. de
 filijs p. patr. Bald. Salic.
 Castrod. et Bark. intelligi
 p. in antur. Bodin. lib. 3.
 de Repub. cap. 7.

Vox Citra sibi præter vim
 excludendi, excipiendi re-
 stringendi habet. L. i. de
 p. g. act.

Sive ipsorum quorum videlicet Ditioni dictum
Oppidum subesse censetur pro tempore Du-
cum inibi successores, aut aliquem ex eis ipso-
rumve officiales, pertinere omnimodo dinoscan-
tur, præfatis Ducibus successoribusque, nec non
Proconsulibus, Consulibus & Officialibus cum
modificatione infra scripta de causis & negotiis
cognoscendi sive illas dirimendi, aut membra &
servitores hujusmodi, vel ex illis aliquem pro
Criminibus & excessibus eisdem aut aliis quo-
modolibet corrigendi, mulctandi vel puniendi,
seu aliquam in eos superioritatem vel Jurisdic-
tionem exercendi facultate & auctoritate penitus
interdictis, Illi tamen ex membris & servitoribus
prædictis, qui, quod absit, in furto vel homicidio
aut aliquo crimine capitali & ignominioso de-
prehensi fuerint si clericali debere reperiantur
privilegio confoveri, Episcopi Sverinensis pro
tempore existentis hujusmodi. Si vero laici exti-
terint, temporali coercitionibus & Judiciis sub-
jaceant debitam pro patris acrimoniam per-
pessuri. Profectò ut super attendendis explen-
disq; promissionibus eisdem Duces ipsi suorum
tenacius animorum motus, dirigantque conce-
ptus, Volumus & eadem auctoritate decernimus,
Quod Duces, sive successores præfati, vel vice eor-
um alii ad hoc idonei infra unius anni spatium,

*Se dotis Constitutione
et assecuratione.*


ad hoc idonei infra unius anni spatium,
sive

54


à dato præsentium computandum, super fundandis & dotandis Collegiis, acquirendisque & assignandis redditibus hujusmodi, si interim quo ad hoc promissiones ipsæ effectui mancipatæ nõ extiterint, Sicuti Episcopo prædicto rationabiliter congruere videbitur, coram illo cautionem præstare idoneam, & quamprimum commodè poterunt earundem prædictarum literarum recepta noticia suis sumptibus & expensis oportunas ad compræhendendum hujusmodi promissionum effectum patentes auctenticasq; literas, debitis communitas sigillis, ad opus studij & Universitatis eorundem procurare ac conficifacere, & requisiti illas ipsi Universitati tradere ac deliberare debeant atque teneantur, Alioquin hujusmodi præsentis literæ nullius existant roboris vel momenti non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac aliis contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Ferrariæ Idus Februarij Pontificatus nostri Anno Secundo,

Ad dato presentium conquirantur, super fun-
dandi & docendi Collegii, acquirendus &
assignandi redditus huiusmodi, si interini
quod hoc promissiones, quae effectum mancipata
non extiterint, sicut Episcopo predicto ratione
biliter conquire videbitur, coram illo causis
nem passare ideam, & quamprimum com-
modè poterint earundem praedictarum literarum
tum recepta nomis suis impibus & expensis
oportunas ad comparandum huiusmodi
promissionem effectum partes auctoritatis
licet, debitis communis sigillis, ad opus su-
um & Universitatis eorundem procurare ac con-
firmare, & rep. nihil in ipsi Universitatem tra-
dere ad deliberare debent, sedue teneantur.
Ad quod huiusmodi praedictas literas nullus ex-
tra litteras vel auctoritate non obstantibus
constitutus & ordinatus Apostolicus
ac alius contra impudenter. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostre
litterarum ordinationis, constitutionis & volun-
tatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare presumpserit, in-
dignationem Omnipotentis Dei & Beatorum
Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incu-
raturus. Datum Ferris diebus Februarii
Feliciter noster Anno
Secundo.

sed
et a




1^a-9.2 - 6^a - 6^e - 31.



h^{onorem} petierint elargiri per ipso^{rum} in i^{bi}
Doctores sive Magistros Episcopo Suerinensi
quem Canc^{ellarium} studii in Oppido hujus
modi esse perpetuo volumus, constituimus pa
riter & ordinamus, Ecclesia^m vero Sverinensi va
cante Archidiacono Rostochiensis, in eadem Ec
clesia pro tempore existentibus, sive aliis ab ipso
pro tempore deputandis presententur, & ab illis
si servatis consuetudine & modis super talibus
aliis studiis premissis observari solitis ad hoc ex
titerint idonei sufficientesq; reperti licentiam &
honorem sortiantur ac reportent antedictos. Et
qui quidem presentati quamprimum illos adep
t fuerint, absque ulterioribus de eis habendis exa
mine & approbatione in ipsa facultate qua licen
tiam & honorem attigerint, eosdem legere, &
docere poterunt, etiam in aliis generalibus stu
diis quibuscunque. Rursus quoque promissio
num earundem suadente vigore omnium & si
ngularum causarum & negotiorum cognitio at
que decisio, Membrorum quoque & Servitorum e
arundem sive Clerici vel Laici fuerint, de levib
urpote pro capillatione & offensione cum palmo
vel pugno, citra membri mutilationem etiam
sanguinis effusione secuta, similibusq; crimin
ibus & excessibus, correctio & punitio ac Omnia
moda super illis Jurisdictio ad Rectorem, & non
ad Duces, Proconsules, vel Consules supra dictos

B

si



53.

54.

*habita. C. me
Bald. Salic.
inf. intelligi
Bodin. lib. 5.
p. 7.
si prater vim
reipiendi re
abil. L. n. de*

092

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

